UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ethices Christianae, Libri Tres

Daneau, Lambert

Genevæ, 1579

Cap. I. Continuatio operis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41242

Visual Library

ETHICES CHRISTIANÆ
Liber Tertius.

CAP. I.

Continuatio operis.

RESTAT noſtræ inſtitutæque diſputationis caput tertium, in quo variá tum virtutum, tum vitiorum vocabula, quæ partim in ſacra Scriptura, partim apud Philoſophos reperiuntur, ſunt nobis explicanda. Quia autem quæ ad veram pietatem, & ad primam Legis diuinæ tabulã pertinent, ex ſolo Dei verbo ſumi debent: ex Philoſophorum autem aut Scholaſticorum ſcriptis nullo modo: præterea quia illa ipſa propriè ad Theologos, non ad hanc Ethicen ſunt referenda: operæ pretium mihi viſus ſum facturus, & ſuſcepto argumento accõmodatè, ſi tota idcirco prima tabula prætermiſſa, Virtutes & Vitia, quæ ad ſecundam pertinent, primùm breuiter, & velut in Indice proponerem, deinde definirem & exponerem.

QVÆ

QVAE VIRTVTES & vitia ad quodque ſecundæ legis diuinæ tabulæ præceptum referátur: quæ hîc à nobis tanquam in tabula proponuntur.

Ad præceptum quintum, Honora Patrem & matrem, &c.

Summa huius præcepti.

1 Diſtinguit varios dignitatis & vocationũ, quæ ad huius vitæ commoditatem ſunt à Deo inſtitutæ, gradus.

2 Quemque in ſua vocatione & munere prudẽter, conſtanter, & alacriter ſuæ vocationis finem ſpectantem verſari iubet.

3 Subditos præfectis ſibi à Deo hominibus parere & obſequi ex animo iubet.

Et quia munera & vocationes ſunt partim Publicæ, vt Magiſtratus: partim Priuatæ, vt Patris, Domini, vt Mariti, quæ priuatam vtilitatem ſpectant, pertinet huius præcepti ratio partim ad pnblicas, quæ dicũtur, perſonas, & noſtrum erga eas officium: partim etiam ad priuatas, & noſtrum erga eas munus.

Referuntur autem ad hoc præceptũ & quidem quod ad publicas perſonas ſpectat, & noſtrum erga eas officium virtutes hæ.

Iuſtitia Diſtributiua.
Modeſtia.
Humilitas.
Gloriatio.
Magnanimitas.
Nulla perſonarũ acceptio.
ἐκδίκησις .i. Vindicta ſcelerum.
Prudentia.
Diſcretio, cui Vigilantia & Sobrietas ſubſeruiunt.
Obedientia fidelis.

Obſeruantia, θεραπεία.
Subiectio Ingenua & voluntaria.

Ad Priuatas perſonas, & noſtrum erga eas officium pertinet, Parentes diligere, Gratiam referre, Amicitias colere, ad quæ tria referuntur hæ Virtutes,

Naturalis ſtorge.
Pietas erga Parentes & cognatos.
Gratitudo ſiue χάρις erga benefactores omnes.

Superioribus autẽ Virtutibus opponuntur hæc vitia quæ ad hoc præceptũ referuntur, & ijs opponuntur, partim per Priuationem: partim per Actũ id eſt, Exceſſum vel Defectum.

Per Exceſſum quidẽ.

Ambitio.
Præſumptio.
Arrogantia.
Ὑπερηφάνεια
κενοδοξία
Inanis gloria
Superbia
Oſtentatio
φιλαυτία

Per Defectum autem.

Ignobilitas ἀναξία
βαναυσία
Timor
Væcordia
Mollities animi
Puſillanimitas
Inſenſibilitas
Intimiditas.

Per priuationem,

Iniuſtitia diſtributiua, quæ eſt in ſuffragiis.
Acceptio perſonarum.
Imprudentia.

Reliqua vitia.

Ἀκριβοδίκαιον
Crudelitas
Lenitas affectata.

Subditorum ratione hæc Vitia pertinent ad hoc præceptum.

Inobedientia.
Contumacia
Rebellio.
Impietas erga parentes
Aſtorgia.
Ingratitudo.

Ad pręceptũ ſextũ, Non occides.

Quod ad publicas perſonas, & earum officium, iubet.

1 Tueri Rempubl. quæ illis commiſſa eſt, ab omni hoſtium tum internorum, tum

tum externorum genere.

2 Moderationẽ in pœnis publicis ſumendis adhibere.

Ergo ad hoc præceptum pertinẽt hæ Virtutes.

Iuſtitia Diſtributiua puniés ſcelera.
Fortitudo bellica.
Clementia.

Quod ad priuatas perſonas, & earum officium, iubet hoc præceptum.

Pro patria fortiter occumbere.
Iræ moderari.
Omnem beneuolentiæ cũ proximo ineundæ rationem quærere.
Perſonam eius non lædere.

Ergo pertinent ad hoc præceptum hæ Virtutes.

Fortitudo bellica.
Fiducia.
Ἀνεξικακία.
Patientia, ὑπομονή.
Manſuetudo animi.
Lenitas.
Condonatio.
Longanimitas.
Agnitio offenſæ.
φιλοφρoσύνη.
Comitas.
Affabilitas.
Vrbanitas.
Æquabilitas.
Beneuolentia.
Concordia.
Amicitia.

Vitia verò hæc partim per priuationem ſuperiorum virtutum, partim per Exceſsũ & Defectum pertinent ad hoc præceptum.

Timiditas.
Audacia, Intimiditas.
Sæuitia.
Feritas.
Cædes.
Veneficium.
Ira.
Lis.
Inimicitia.
Pugna.
Contentio.
Clamor.
Irritatio.
Diſſidium.
Querimonia.
Iracundia.
Amaritudo.
Excandeſcentia.
Odium.
Rancor.
Acidia.
Maleuolentia.
Auſteritas nimia. ἀποτομία.
Pertinacia.

αὐθάδεια.
Agreſtitas.
Inhumanitas.
Diſcordia.

Ad Præceptum ſeptimũ, Non Mœchaberis.

Quod ad publicas perſonas, iubet Lex,

1 Adulteria, ſcortationes & omnem externam laſciuiam puniri.

2 Omnem verecundiã, & honeſtatem tum in coniugiis, tum in cæteris rebus publicis edictis ſanciri.

Ergo pertinent ad hoc præceptum hæ Virtutes.

Iuſtitia Diſtributiua puniens illegitimos coitus & laſciuiam.

σεμνότης publicè conſtituta.

Quod ad priuatas perſonas, & earum officium.

1 Omnem illegitimũ & inhoneſtum concubitum damnat, qui vel naturæ ipſi, vel honeſtis moribus repugnat.

2 Omnia laſciuiæ & impudicitię incentiua & appendices.

3 Omnem in verbis, geſtu, & vita honeſtatem, caſtitatem & mũditiem præcipit hæc Lex.

Ergo pertinent ad hoc præceptum hæ Virtutes.

Coniugij ſanctitas.
Temperantia.
Sobrietas.
Abſtinentia.
Caſtitas.
Pudicitia.
Verecundia.
Pudor.
Puritas, ſiue
Munditia.
Ornatus.
Honeſtas
in Ludis &
Iocis.
Honeſtas.

Vitia Superioribus Virtutibus oppoſita tum per Priuationẽ tũ per Actũ i. Exceſſum, vel Defectum, & quæ ad hoc præceptum pertinent, ſunt hæc,

Impudicitia.
Intemperantia.
Impuritas.
Immunditia.
Inuerecundia.
Inhoneſtas.
Beſtialitas.

Inſenſibilitas.
Fornicatio.
Inceſtus.
Sodomia.
Stuprum.
Adulterium.
Comeſſatio.
Compotatio ſiue
Ebrietas.
Vinolentia.
Gula.
Crapula.
Luxus.
Profuſio.
Vitioſus pudor.
Sermo putris.
Veſtitus indecorus.

Ad Præceptum, Non furaberis.

Quod ad publicas perſonas, iubet Lex

1 Puniri furta.

2 Diſtingui priuatorũ dominia & conſeruari.

3 Contractus honeſtos: & commercia, per quæ humana ſocietas conſeruatur, valere.

Ergo pertinent ad hoc præceptum hæ Virtutes.

1 Iuſtitia Diſtributiua puniens furta.

2 Iudiciorum & Iudicũ ſynceritas.

3 Iuſtitia Commutatiua, quæ ſancit & conſeruat hominũ inter ſe tum priuatos, tum publicos contractus.

Quod ad priuatas perſonas iubet Lex.

1 Suum cuique reddi.

2 Omne liberalitatis genus in proximum exerceri.

Ergo pertinent ad hoc præceptum hæ Virtutes.

Bona conſcientia in contrahendo.
Fidelitas ſiue fides.
Iuſtitia conmutatiua in reddendo alieno.
Liberalitas.
Benignitas.
Communicatio.
Bonitas.
Eleemoſyna.
Miſericordia.
Hoſpitalitas.
Lætitia de alieno bono.
Frugalitas.
Animus ſua ſorte cõtentus.
Labor, occupatio honeſta.
Gratitudo.

Vitia quæ ſuperioribus virtutibus opponuntur, partim per Priuationẽ, partim per Actum, id eſt, Exceſſum, vel Defectum ſunt hæc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concuſſio quæ fit in Iudicio.
Magiſtratuum rapacitas.
ἀταξία contractuum.
Iniuſtitia.
Infidelitas.
Dolus malus, cuius ſunt variæ & partes, & ſpecies, hæ ſcilicet:
Simulatio, Hypocriſis.
Diſſimulatio.
ματαιότης Vanitas.
Lenitas ἀσωτία.
Vis.
Furtum.
Rapina.
Plagium.
Inſpectio curioſa & auara rei alienæ.
Solicitudo nimia de futuro.
Pigritia.
Ignauia.
Inertia.
Auaritia, cuius hę ſunt partes.
αἰσχροκέρδεια.
φειδωλία Tenacitas.
κιμβεία Sordes & Cucumeris ſectio.
Prodigalitas.
Profuſio bonorum.
φιλαργυρία.
Sordities.
Ingratitudo.
Inuidia.

Ad preceptū, Non falſum teſtimoniū dices, &c.

Quod ad publicas perſonas, iubet Lex.

1 Iudicia ſanctè regere, & adminiſtrare.

2 Omne falſum in publicis iudiciis admiſſum punire.

3 Omnem detractioné de fama alterius & conuitium coercere.

Ergo pertinent ad hoc præceptum hæ Virtutes.

Iuſtitia Diſtributiua, puniés falſum.

Quod ad priuatos vetat Lex.

1 Mentiri in iudicio.

2 Omnino falſum dicere.

3 Famá proximi & tueri & augere.

Ergo pertinent ad hoc præceptum hæ Virtutes.

Prudens ſermo & conditus Veritas.
Libertas in dicendo.
Admonitio fraterna.
Sobrietas in Iudicando.
Animus de alio non ſuſpicax.
Linguæ moderatio.

Vitia

Vitia ſuperioribus virtutibus oppoſita, tum per Priuationē, tum per Actus contrarios; id eſt, Exceſſū, vel Defectum, ſunt hæc.

Impunita maledicendi, tum in foro & iudiciis, tū extra forum licentia.

Mendacium ſiue illud ſit,

Officioſum.
Iocoſum.
Pernicioſum.

Ironia.
Iactantia.
Aſſentatio ſeu Adulatio.
Scurrilitas.
Garrulitas.
Percontatio alieni negotij curioſa.
Querimonia falſa de proximo.
Detractio de bona proximi fama, ſiue obtrectatio.
Conuitium & Contumelia quæ verbis fit.
Condēnatio temeraria proximi.
Linguæ temeritas & abuſus, qui fit in Verbo,

Stulto.
Otioſo.
Putri.
Iniurioſo.

Suſurratio.

Harum omnium Virtutum dux & moderatrix eſt Charitas, & Prudentia.

Charitas, quę alterius & ſalutem & vtilitatem ſpectat, non propriam: ſyncerόque animo non fucato quicquam agit.

Prudentia, quæ omnes circunſtantias diligenter perpendit, & media honeſtarum actionū aptiſſima inueſtigat.

Prudentiæ igitur aduerſantur,

Temeritas.
Incogitantia.
Indiligentia.

Charitati verò videntur aduerſari hæc.

Malitia.
Aſtutia.
Vafrities.

Harum item omnium Virtutum fructus magnus iſque externus.

ἀταξία vitæ: & ἀθυμία, id eſt, Animi Tranquillitas, eſt.